

WS 1725

ACADEMIÆ LUDOVICIANÆ
RECTOR
JOH. CONRADUS
ARNOLDI,

SS. THEOL. ET PHIL. D. LOG. ET METAPHYS. PROF. ORD.
UNA CUM

UNIVERSO SENATU ACADEM.

LECTIONES INSTANTIS SEMESTRIS HIBERNI,

DEO JUVANTE ET BENEDICENTE,

PUBLICÆ ATQUE PRIVATIM TRACTANDAS,

OMNIUM FACULTATUM STUDIO SIS,

GENERIS PROSAPIA,

INDOLIS NOBILITATE, AC STUDIORUM

PRÆSTANTIA CONSPICUIS,

INDICE HOC INDICAT

SEDULOQUE COMMENDAT.

PP. SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAJORI.

D. XVI. SEPTEMB. A. R. S. MDCCXXV.



GIESSÆ, Typis Vid. Ioh. Reinh. Vulpii, Acad. Typ.

IN FACULTATE THEOLOG.
JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,

Theol. D. & PP. Primarius.

Loco *publicarum lectionum* doctrinam de Anti-Christo & Statu gloriae in Theologiâ Biblicâ absolvet : *privatim* Epistolam Pauli ad Galatas methodo consuetâ Exegetico-Porismatico-Homileticâ pertrahabit, simulque, si placuerit, in Polemicis aliquam addet operam.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

SS. Theol. Doct. & Prof. Ordin.

Quæ in *Formula Concordia* vindicanda, explanandaque restant, paucula, Deo benigne juvante, expediet *publice*, paulo post iturus ad alia : in *privatis* vero lectionibus *theticis*, ubi desit, perget fideliter, aut si tempus feret & otium, ex aliis quoque Theologiæ partibus Dnn. Auditorum optioni novum quoddam dare, haud gravabitur.

JOH. GOTTOFREDUS SCHUPART,

SS. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adfessor & Diæces.

Alsfeld. Superintendens.

Publice privatimque Lectiones *Exegeticas* in utriusque Federis libros, quos explicare adgressus est, omni, quo poterit, studio continuabit ; Theologiam *Dogmaticam* ad finem nuper deductam denuo præleget, & si ita DNN. Commilitonibus visum fuerit, cum illa, alio Collegio, *Moralem* strictius sic dictam conjunger, vel, ubi plurimum vota ita ferent, *Pastoralem Prudentiam*, in usum Candidatorum Ministerii, exponet.

JOH.

JOH. GEORG. LIEBKNECHT,

SS. Theol. D. & Professor Publ. Extra-ordin.

Publice ex Theologiae technicae extensione B. Reinesii, ob singulares
usus ante annos aliquot recusa, singulis septimanis *locum quendam*
ventilandam proponet, & *Privatas lectiones* omnes, quas in superiori
catalogo indicavit, sedulus continuabit.

IN FACULTATE JURIDICA,

IMMANUEL WENZEL / D.

Jur. Profess. Primarius. Academ. Syndicus & Pro-
Cancellarius.

Publicè, horâ Xrnâ *Jus Feudale* ex Strykij Examine exponet; In Col-
legiis *privatis* ad desideria Nobilissimorum Dnn. Commilitonum se-
se adcommodaturus, vel *Capitulationem Caroli VI.* notis illustrabit, vel
ex *Jure Ecclesiastico* materias maximè utiles & scitu necessarias eluci-
dabit.

JO. GODOFREDUS HARTVNGIVS, D.

Confiliar. Hasso-Darmstad, & Jur. Prof. Ordin.

Collegium *Pandectarum* ad Compendium Lauterbachianum *publice*
privatimque, eo modo ac ordine, quo per præteritum semestre fa-
ctum, per instans semestre hyemale una cum *exercitationibus disputato-*
riis continuabit, in novis inchoandis videbit, quid temporis ratio feret,
desiderium Dnn. Commilitonum exposcet, & labores Decanales per-
mittent.

IO. DANIEL GRUBER, D.

Confiliarius & Jur. Prof. Publ. Ordin.

Semestri hiberno, quod bono cum DEO ingredimur, *publice* libelli
Pufendorffiani de Statu Imperii Germanici partem alteram, quæ re-
stat, interpretabitur horâ XI. *Privatim* institutiones *juris Canonici Fleu-*
rianas

rianas hora IX. & *iuris Civilis* Struuianas per modum examinis hora X. enucleabit. A meridie hora II. *iuris publici* prudentiam Hornianam explicabit, & hora III. huius disciplinae fontem, historiam scilicet S. R. Imperii Germanicam, ductu compendii Schmauffiani, ex genuinis *medii aevi* scriptorum monumentis ac diplomatibus, aperiet, ab origine gentis regnique Teutonici usque ad tempora Maximiliani I. nunc deducendam: initium praelectionum e valuis publicis deinceps indicaturus.

JO. FRIDERICUS KAYSER,

J. V. D. & P. P. Ord.

PER instans semestre *bramale publice privatimque* Lectiones coeptas sedulo continuabit. Novum quoque Collegium ad Compendium Lauterbachianum aperiet, & pro desiderio Dominorum Commilitonum operam industriamque suam libenter impendet.

JO. FRIDERICVS BUSEL

P. P. Ord.

PRAelectiones *publicas ad Struuii* Jurisprudentiam, exercitium disputatorium, nec non *privata & privatissima* collegia ad institutiones & pandectas continuabit, operam daturus, ut absolutis iis, quae in Collegio II. restant, novum vel ad *Jus Canonicum* vel ad *Jus Fendale* pro desiderio Dnn. Auditorum aperiat.

GEORGIUS LVDOVICVS LEVTNER

Prof. Juris Extraord.

IN *Publicis Lectionibus* Hypomnemata Juris Civ. a B. Henr. Coccejo solide conscripta exponet. *Privatim* ad Vitriarij Institutiones Juris Naturae ut & Institutiones Imperiales methodo explicatorio-examinatoria Collegia de novo aperiet, nec iis deerit, qui ad Ludovicianam Doctrinam Pandect. vel si magis placuerit Compendium Lauterbachian. & Schwederi Jus publicum Collegia desiderabunt, exercitia quoque disputatoria publice privatimque ea, qua par est, diligentia, continuabit.

IN

IN FACULTATE MEDICA

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS, Med. D.

hujusque Prof. & Archiater Hasslo-Darmst. Primar.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunq[ue] ratione Philiatricum conatus promovere poterit.

D. MICH. BERNHARDVS VALENTINI,

Archiater & Prof. Senior.

DEo vitam viresque clementer indulgentē aphor. Hippocratis XXXI. Sect. III. *de morbis Senum* explanabit & si Respondentes nactus fuerit argumentum a paucissimis vix obiter attractum, toto tamen die in Praxi obvium, *de gangrana decrepitorum universali* publicè disputando ventilabit. Privatim universum Medicinæ studium secundum Tabulam ichnographicam *Aurifodina Medica adjectam* examinando repetet sicque Candidatos Facultatis Medicæ ad examinâ inauguralia eò cordatius subeunda præparabit, modò illis non displicuerit.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

D. & P. P. O.

Privatim juxta Auctoris, quem hactenus secutus est, ductum, *Splanchnologiam* pertractabit: Publicè vero id ager, ut, quod illa requirit, institutis *Sectionibus*, quæ illustranda fuerint, visui exhibeat.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Medicin. PP. Ordinar.

Publice *ὕγιεινὴν & Θεραπειαστικὴν*; privatim doctrinam de *Materia medica*, & *Praxin specialem* explanabit.

D. JO. THOMAS HENSING,

Med. Prof. Extraord.

Publice Morborum Chronicorum Historiam Pathologicam, Semioticam & *Therapeuticam* exponet. Privatim Institutiones medicinæ inchoabit.

CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,

Med. D. & Prof. Extraord.

Publice *Ichnographiam Praxeos Clinica Joh. Samuelis Carlii* explanabit, privatim ad Dnn. Philiatorum desideria totum se conformaturus.

IN FACULT. PHILOSOPHICA,

MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

Phil. Experim. Prof. P. Ord.

Operam suam desiderantibus & publicè docendo & privatim demonstrando nunquam denegabit ac ad varia exotica domi conspicienda facilimum semper accessum offert.

D. IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematicum Prof. P. Ordinarius.

Publice huc usque *Trigonometriam planam* exposuit; ne autem discipulis desit *Sphaerica*, libet per instans semestre doctrinas Sphaericas ipsas pertractare. Privatim *elementa Geometrica* una cum *Architectonicis & Opticis*, quae imprimuntur, exponet & sedulo continuabit, nec in aliis scientiis Mathematicis, quascunque desiderabunt discipules, diligentia sua atque studio deerit.

IO. HENR. MAIVS,

Antiquitatum, litteraturae Gr. & L. L. Orient. Prof.

Antiquos Iudaeorum ritus, ductu *Goodvini*, privatim docere perget; publicis autem recitationibus illustrationi Philologicae litterarum S. Pauli ad Galatas finem dabit.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Physic. P. P. Ordinar.

Publice in *palestra disputatoria*, si Respondentes fuerit nactus, DN. DN. Commilitones exercitiores reddere annitetur. Privatim *Physicam specialem* explicabit & uberius illustrabit.

IOH.

JOH. CONRADVS ARNOLDI, D.

Log. & Metaph. Prof. P. O. h. t. Rector.

QUantum per muneris præsentis impedimenta licebit, in explicandis Dei proprietatibus, ex ratione humana cognobilibus, publice perget. In privatis congressibus Dnn; Auditorum, Logicæ ac Metaphysicæ, sive prisicæ sive recentioris, Studiosorum commodis, sedulam semper navabit operam, tum Theologicis, tum Juridicis usibus applicandam. Bibliothecæ quoque Academicæ curam, sibi commissam, ita aget, ut singulis Mercurii diebus, quoad temperies aëris hiberni faverit, hora II. pomeridiana, aditus publicus ad eam pateat, rei que literariæ Studiosis satis fiat.

SEBASTIANUS MASSON, P.

PRO publica lectione hebdomadales suas disputationes ex Jure N. & G. continuabit. Priuatim collegia ad Pufendorffii officia H. & C., vt & ad Buddei Ethicam, nondum plane absoluta sedulo vrgebit, moxque perducet ad finem. Et iam expedito nouissime collegio Politico, novos ad eandem doctrinam, si qui erunt cupidi, nec non ad Jurisprudentiam vniuersalem & moralem disciplinam congressus D. I. instituet.

CHRIST. FRIDER. AYRMANNVS

Histor. P. P.

Publice ad historiam Germaniæ recentissimam auditores suos manderet, Priuatim historiam uniuersalem, & particularem præcipuorum Europæ statuum, pertractabit, publica etiam priuatæ diligentia documenta breui, ut sperat, editurus.

D. JOH. THOMAS HENSING,

Philos. Natur. Chem. Prof. Ord.

Publicis horis in expositione Regularum, quæ cautam, prudentem utilemque Chemiæ, ad condenda vtilitacia atque iucunda Medicamenta,

menta, applicationem docent, sedulus erit. Inter *privatos* autem *parietes* collegium chemiæ practicum pharmaceuticum, quod aliqui petierunt, habebit: cui, si ita Dn. Philiatris aut aliarum Facultatum Studiosis, paulo curiosioribus, visum fuerit, Collegium Docimasticum & curiosum addet.

JOHANNES RHENIUS,

Eloquentiæ & Poëseos P. P. O.

Publicis horis generalem ad auctorum classicorum intelligentiam supeditabit introductionem, simul cum eorundem lectione cursoria juxta ætatum seriem initium faciendo; privatis vero collegium stili theoretico-practicum ad Freiheri tabularum oratoriarum ductum, nec non exercitium declamatorium singulis mensibus instituet, haud denegaturus alia ad munus pertinentia desideraturis.

CHRISTOPH. LVDOVICVS RÜDIGER,

P. P. Extraord. & Symmysta.

DE Spiritibus doctrinam *publice* proponet: priuata vero industria, ut futuri Dni Auditores non minus in bene agendi quam dicendi artibus exercentur, Philosophiæ, quæ nunc sequitur, practicae præcepta Cursu non solum ad manus sumet, verum & quæ tam ad sacros vernaculos, quam latinos habendos Sermones pro integritate stili conservanda facere possunt, & lectione & obseruatione & imitatione facilem viam præbent. Sicut & in aliis Philosophicis disciplinis tradendis, partes suas ex voto & desiderio Dn. Commilitonum exsequi nunquam desistet.

